BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 269
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Dixit ergo. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum & reuerti.

Homo nobilis ille est cui caecus clamabat: fili dauid miserere mei & uementer in hierusolyma concinnabant: Osanna filio dauid benedictus qui uenit in nomine dni rex israel. Longinqua regio ecclesia. ē. ex gentib: de qua eidem homini nobili quiloquitur. Ego autē constitutus sum rex a deo dicitur a patre. Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuā. & possessionē tuā terminos terre. Que uidelicet hereditas ac possessio bifaria ratione regio longinqua uocatur. Uel quia a fimb: terre clamat ad dnm. uel quia longe. ē. a peccatorib: salus. & cūd subiaciat sit p sens. longe & ā mā beo. sensu quido lu colust. Dsi uerusab. ē. sed quiem longe fatis p pe in sanguine xpi.

Uocatis autē decem seruis suis dedit illis decem minas.

Denarius numerus ad lege pertinet & ppter decalogum. uocat ergo patrifamilias decē seruos quia elegit discipulos plitteram legis inbutos. dat illis decem minas qui legis dicta spiritalit intellegenda reuelat. Post passionem quippe resurrectionē quae sua aperuit illis sensum ut intellegerent scripturas. mina namq: quam graeci mina nam uocant. Centum drachmis appenditur. & omnis scriptura sermo quia uitae caelestis perfectionem suggerit. quasi numeri centenarii pondere fulgescit.

Et ait illis. Negotiamini dum uenio.

Verba inquit legis ac pphārum mystica aperta ratione discussa. populis offerte atq: abeis fidei confessionē mox q: pbitate recipite. iuxta quod psalmista suis auditoribus: pcipit dicens. Sumite psalmū & date tympanū. hoc. ē laudem pdicationis in cordis intentione percipite. & deuotionē operis in carnis castigatione exhibete. Tympanū quippe. ē. pellis in ligno extenta. Pellis uero in ligno extenta caro. ē. pnte ad exemplum dominicae afflicta.

Ciues autem eius oderant illum. & miserunt legationem post illum dicentes. Nolumus hunc regnare super nos.

Ciues impios iudaeos dicit. de quib: alibi testatur. Nunc autē & uiderunt & oderunt. & me & patrē meum. qui non solū p sentē usq: ad mortem crucis odem. sed & iā post resurrectionē eius miserunt p secutionem apostolis & p predicationē regni caelestis spreuerunt.

Et factum. ē. ut rediret accepto regno.

Significat tempus quando in manifestissima & eminentissima claritate ueniturus. quem is humilis apparuit. Cum dicere. regnū meum non. ē. de hoc mundo.

Iussit uocari seruos quibus dedit pecuniam ut sciret quis quantum negotiatus esset.

Ut scire inquit non quo eum quid lateat cui uerissime dictū. ē. Dē tuo omnia scis. sed scire dicit. scire omnes facere. Tunc enim omnium opera & cogitationes palam omnib: ostendunturquomodo inde uter pomio. Tēptat inquit uos dns. dsi ut sciat